



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Locutio Dei Ad Cor Religiosi

Pawłowski, Daniel

Dilingæ, 1686

III. Meditatio: de æternitate

[urn:nbn:de:hbz:466:1-60052](#)

actionis omnium actionum mearum , trado eminentissimæ Majestati tuæ , ad subdendos tibi omnes infideles & hæreticos.

14. Fructum imperatorum omnium actionum & passionum mearum , trado Misericordiæ tuæ , pro existentibus in peccato mortali , & pro agonizantibus.

15. Fructum omnem satisfactorium , tam mearum omnium actionum & passionum , quam alienarum , in vita & post mortem ad me spectantem , trado animabus purgatoriij , plenè & totaliter.

Sic me nudum , ex spoliatumque in mero nihilo meo , coram te statuo , & sic , te solo contentus , mori volo , agonem meum agoni Christi uniens . Sic me ex hac vita transfer , & misericordissimè fac me esse id , quod vis , Amen.

DIEI QUARTÆ MEDITATIO III.

De Æternitate.

Ratiocinari nos de ea jubet S. P. N. dum ait , in Lib. Exerc. hebd. I. puncto 3. Ratiocinandum est , supplicium æternum peccato justè irrogari.

ORATIO PRÆPARAT. & PRÆLUD. I.
ut suprà

PRÆ-

PRÆLUD. II. Pete à Deo gratiam , ap-
prehendendi Æternitatem , sternendique ti-
bi viam , ad eam sanctè iachoandam.

dices? ô æternitas! cùm te non capiam, tu me
capias.

II. Audi dicentem Deum per Ecclesiasten,
cap. 12. Ibit homo in domum æternitatis sue: Et
considera immensam superficiem æternita-
tis, tam fortunatæ, quam infelicis. Qui
est in medio Oceano, quocunque verterit
oculos, non attinget litus; sic, quocunque
Beatus oculos verterit, non attinget termi-
num, eodemque modo damnatus: undique
& undique æternitas. Ecce ralis superficies
æternitatis! committes aliquando, Religio-
se, te huic immenso mari; ah quomodo,
pro tanta navigatione providisti, & provi-
des tibi?

III. Audi dicentem Deum, Isaiae. 32.
Quis ex vobis habitare poterit cum ardoribus
sempiternis? Et considera corpus ipsum, seu
crassitatem æternitatis. De fide est, fore in
inferno fletum, ut docet Christus, Matt. 8.
de quo S. Bonaventura cap. 49. de inferno. ait:
tam copiosum illum fore, ut si singulorum da-
mnatorū asservarentur lachrymæ, integer ex illis
congereretur Oceanus. Cogita ulterius; sine
tot integrî mundi, quot fuerunt, sunt,
eruntque homines, quot folia in arboribus,
quot guttæ in aquis, arenæ in mari, atomi
in aëre, & unus damnatorum singulis mille
annis, unam guttam ex oculis suis emitat,
implebit lachrymis suis omnes Mundos;

Æternitas

Æternitas autem in infinitum continuanda
manebit, tam diu, quamdiu Deus erit Deus.

COLLOQUIUM. O anima mea ! æternitas
te, bona vel mala, manet; & in potestate tua
est, cum Dei gratia bonam consequi : cur
ergo non incipis seriò pro cœlo laborare ?
quid tibi cum transitorijs vanitatibus ? tran-
fibunt hæc omnia, quid te ex rebus mundi
contristabit ? quid pro æternitate bona ob-
tinenda grave erit ? æterne Deus ! qui me
æternum creâsti, ne permittas, quæso, me
perire in æternum !

DIES QUINTA

S. Josepho, Sponso B.V. consecranda

Oratio jaculatoria hujus dici erit ista :
*Domine, dum veneris judicare, noli me conde-
nnare.*

MEDITATIO I.

De abyssō Judiciorum Divino-
rum.

De judicio Dei fieri posse Meditationes in
Exercitijs, innuit S. Pater, in fine Exercitij
V. Hebdom. I.

ORATIO PRÆPARATORIA, &
PRÆLUDIUM I. ut supra.

PRÆ-